



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Medit[a]tionem super neceßitate mortis, non modo vt ad eam nos  
paremus admonere, sed etiam vt cito paremus. Colloq. XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

hæc nos excitare debet, hæc abiectū  
 animum in fortitudinē commutare.  
 Primus ergo ac specialis fractus est,  
 quē ex meditatione ista capimus, quod  
 necessitatē finis nostri, oculis nobis  
 subijcit atque exponit, & per ratio-  
 nē velut freno quopiam nos cogit vt  
 studiosē ad eā nosmet accingamus  
 & præparemus. Quare si filijs Ada-  
 mi in isthac schola progressus face-  
 re cordi sit, hoc mihi sedulò agant,  
 & seriò cogitēt hoc intellectus sui  
 oculis accuratē supponāt, expediti  
 vt paulò cælū versus iter habeāt, ne-  
 que adeò stulto amore bonorū cadu-  
 corū conflagrēt, qui spe vlla aliud  
 esse nō videbūt, quā mortis prædā, escā  
 inferorū suæ libidini, cōdidissimēq;  
 aviditati impendētē, sicq; hac ratiōe  
 mortē temporalē meditantes, sēpi-  
 ternam illam fugient ac evitabunt.

*Bona  
 huius  
 mundi  
 spolia  
 mortis*

*Meditationem super necessitate mor-  
 tis, non modo vt ad eam nos pare-  
 mus admonere, sed etiam vt citò pa-  
 remus.*

## COLLOQVIUM XXI.

ILLUD verò an non quantiuis  
 est, quod æterna illa & fata-  
 lis

THEO.

lis moriendi necessitas hominem modo ad se præparandum pro ea excipienda infligat, sed etiam ad accuratè, ad studiosè, ad quam celerrimè fieri potest, vasa colligenda, impedimenta conquirenda, & quæ maximum vsum ea in ciuitate habituri sunt, vbi sine fine erimus permanendi, asportanda secum, & deferenda monet. Principio itaque fugacitatè & breuitatè vitæ humanæ perstringens, eam illi ob oculos statuit, quæ tamen decies longior foret, reuera tamen spacium nimio quam breuissimum est, ad bene præparationem istam obeundam. Primum axioma Medicorum est, *Ars longa, vita breuis* id est, vita nostra breuis nimium est vel ad vnã artem medicam addiscendam. Vnde verò breuitas ista est? Circumscribitur videlicet vita nostra angustis admodum finibus, quod sciētis contrarium est, quæ vt principium habent, ita exitum non inueniunt. Nihil, ait Romanorū quidpiam, longum videri debet quod finitur, quod absoluitur: cum enim finis iste accesserit, iam totum illud

Hippo.  
Apho.

Cic. de  
Senect.

spa

spatium quod præcessit, nihil effici-  
tur, adeò vt tota vita humana vel ad  
innumerabiles annos propagata, ni-  
hil aliquod sit, cuius breuitatem nos  
non nisi iam elapsam & absolutam  
quimus aduertere. Age sanè omnes  
mihi Mathusalem annos considera,  
ætatem longissimam exactam per-  
pende, intuere etiam vitam illius a-  
nimalculi, quod idem dies & nasci  
videt & mori, mentior nisi tu vnam  
eandemque æstimationem habere  
oportere dices, & si spatium alterũ  
breue, longum alterum fortè videat-  
tur. Adamum perfectæ ætatis crea-  
tum à Deo fuisse accepimus, adeò vt  
in nascentis mundi exordio, quo  
homines ad longiores multò annos  
vitam prorogabant, quinquagenarij  
instar esse potuerit. Verùm quemad-  
modum is antequam à potenti Dei  
digito crearetur, vixisse dici nõ po-  
test, ita nec tunc cũ dies euoluti, an-  
ni que elapsi essent; prorsus vt cum  
quinquagesimum cõpleuisset, quin-  
quaginta se habere, dicere ei non li-  
cuerit. Tam ij etiam qui post eum, ad  
eandem senectam pertigerunt, nun-  
quid

*Animal  
quatuor  
alarũ &  
pedum;  
terrestre  
simul &  
avis ma-  
ne nasci-  
tur, in  
meridie  
crescit,  
circa ve-  
speram  
moritur.  
Gracè  
dicitur  
Epheme-  
ris.  
Arist. c.  
2. de His.  
animal.  
c. 5. & l.  
5. c. 19.*

quid plus annorū habuerūt quā eorum auus de suo nihil? Ipse autē ea iā in extremo vitæ suæ velut fabulæ actū versaretur iāq; 930. annū exegisset, cum in retroacta tēpora, velut in proscenium inspexisset, an inquam videre ac reminisci alteri<sup>9</sup> poterat, quam dolorum, quā morborum, quā ægretudinum, quibus in hoc mundi theatro corpus afflictum senserat? Mihi certē cū octuagenarios & de uexa ætatis nonnullos, quidnam de præterito tempore ipsis videretur, feciscitarer, nihil omninō respōsum fuit, præterquam quod illius non aliter, quam per sonnum ac nebulam recordarentur. Porrò fingamus nūc à Deo perduei aliquem, qui Adami instar octuagesimum agat: hic reuera plus ætatis non habebit illo, qui ipsos octuaginta vixit: ambo verē nihil planē præteritorū habituri sunt, cum alter non fuerit, alter autē est fuerit, nihil tamen temporis retinere potuerit, cum id admodum fumū instar euanescentis abierit & instar nihili effluerit: nisi quod hic quā alter destituitur memoriam aliquā

ela-

elapsorum habiturus est, quæ ut ei  
 exciderit fieri non potest. Quare cū  
 nonnulli veterum a Philosophorū  
 temporis naturam inspicerent, eius-  
 que partes examinarent, eo euase-  
 rūt, nihil ut id planè esse dicerēt, &  
 imaginatione tantum videri aliquid  
 arbitrarentur, cumque ex tribus in-  
 ter se commissis & agmentatis mē-  
 bris componatur, quæ nihil omninò  
 sunt, præterito scilicet, præsentī &  
 futuro, adducti sunt ut phantasma  
 tantū illud esse crederent, ex tribus  
 vmbriis efformatū: quod. n. præteri-  
 tum est, id non amplius est, quæ au-  
 tem adhuc futura sunt, iam non sunt,  
 præsentia quoque ita sunt, ut esse nō  
 putes, cum celerrimo cursu è mani-  
 bus elabātur & verocissima fuga di-  
 labātur. Ob hæc planè illi persuade-  
 re sibi nō potuerūt, tēpus aliquid ut  
 esse existimarēt, cū ex tribus parti-  
 lis in aere pēdētibus constituatur,  
 aut veri⁹ in memoria, & spe hominū  
 depictis coagmētetur. Præterita nā-  
 que in memoria inherēt & remanēt,  
 futura spe tenemus, præsentia fluxu  
 repētino deuoīuuntur, & cum ocu-  
 lis

a Arist.

4. Phys.

c. 10. G.

4.

S. Thom.

opus. 44.

Auer. in

4. Phys.

com. 131.

Iand. ib.

quas. 27.

Patres

temporis

nihil fe-

rè sunt.

Patres

temporis

atomi t-

mo nihil.

Nicepho-  
746.

lis cerni viderique putantur, absunt illa & euanuerunt: sicque totum quod ex ijs construitur, in cogitatione consistere, & tempus dormientibus omnino nihil videri, possumus opinari. Author est Nicephorus Calixtus libro 14. c. 45. hist. Ecclesiastica, septem fratres sub persecutione Decij in cauernam subterraneam se retrufisse, & vsq; ad Imperium Theodosij Imperatoris in eadem ter centum admodum & septuaginta duos annos dormiendo exegisse, qui tamen totum hoc spatium vnicam fuisse noctem arbitrabantur, quod illud videlicet operam non dederant, ut clam ipsis elapsi temporis particulascu titiutilitia recolligerent, & solidos ultra ter centum septuaginta duos annos contexerent: quos nisi alij numerauissent, qui que vixerant docuissent, iam reuera confectarium aliud non erat, quam totum illud tam vastum, tamque immensum spatium nihil fore futurum. Aduertit hæc etiam ipse Aristoteles, dum probare nititur tempus animæ opus esse longè tenuiori filo appensum,

Arist. 4.  
Phj. c.  
20. 14.

quam

quam illud erat cui Sica affixa Damoclis ceruici imminebat. Nam longissimum tempus ait dormienti nihil videtur, quia ad id numerandum animum & ingenium non appellit atque intendit. Plato quoque ab hac opinione fecisse videtur, cum ait, tempus ab intellectu humano concipi, & ab apprehensione rationali generari: adeo prorsus, ut absque Synthesi intellectus istius foret, quo omnia membra & particulae referuntur, nihil aliud videretur esse appellandum. Verum faciamus id aliquid amplius esse, hoc tamen opinor manebit, naturam illius paruam admodum, exiguam, & somnio quam simillimam esse iudicandam: nostraque etiam vitae longitudinem ex his filis contextam, in hoc consistere, & illius alis fulciri: Quod si omnino tempus vniuersum nihil est, quid tandem vitae nostrae tenorem futurum existimas, qui aliud nihil est quam temporis huius putidum aliquod segmentum? atque si illorum vita etiam, qui aetatem quam longissimam duxerunt, nihil istius praecidaneum quoddam

*Cicer. s.  
Tuscul.*

*Pluta. de  
Platone  
Philos.*

*Vita hu-  
mana som-  
nium de  
umbra.*

*Pindarus  
in Pythijs  
hym. 8.*



dam est, quid de nostris dicendum erit, quæ cum ad annum octuagesimum excreuerunt, iam flaccet, languet, atque expirant, cumque ad centesimum fortè peruenerunt, viatico quo ulterius progrediantur, destituuntur? eæ autem quæti æstimabitur, quæ quinquagesimum, quadragagesimum, trigagesimum aut annos erit

*S. Studi-  
osi breui-  
tatem  
vitæ me-  
ditati  
sunt.*

*Vita hu-  
mana  
umbra.*

*a Iob. 8.*

*14. 2.*

*Par. 29.*

*15.*

*Psal. 101.*

*12. 180.*

*23. 143.*

*4.*

*b Ps. 101.*

*4.*

*c Iac. 4.*

*14.*

pauciores vix ac ne vix quidem attingunt? An non vita hominum pleborumque saltem somnium de umbra erit, sicut eleganter admodum & subtiliter Pindarus eam appellat? Ac vide mihi nunc sis quam omnes Sancti, qui salutis suæ non indormiebant, sed pro ea, ut qui diligentissimi, excubabant, præclare admodum hanc breuitatem & volubilitatem temporis intellexerunt, nec vilo modo faciendum sibi putauerunt, eam ut nobis non præscriberent, indicarent. David & Iob nomina reuera doctissima sanctissima, & in his super morte considerationibus b exercitatissima, cursum vitæ nostræ fumo, a umbræ euanescenti, ac c guttæ aquæ comparauerunt: at nota mi-

hi hoc

hi hoc loco loquendi genus, quo  
 David utitur, nam cum quasi parum  
 se dicturum arbitraretur si solum  
 umbra dixisset, addendum esse  
 putavit, quæ transit, quo videlicet,  
 constaret vitam rem esse longè  
 quam umbra vaniorem. *d Sapiens*  
 etiam idcirco vitam nostram um-  
 bræ transitum nominavit. *e Diuus*  
 Iacobus vaporem ad modicum pa-  
 rentem, quod minus est, quam vel  
 fumus, vel aquæ guttula, nuncupa-  
 vit. Denique quidquid eruditorum  
 hominum, & legis Dei peritorum  
 ac funebri gymnasio addictorum  
 nunquam humana ætas admirata  
 est, hoc loquandi filo, usus fuisse  
 compertum est. Faciendum itaque  
 eis erit, & omninò faciendum,  
 ut qui in propriam perniciem  
 faciles esse nori nolunt, qui salutis  
 suæ rationem habere, non modo ne-  
 cessitatem mortis, mentis, oculis &  
 obtutu defixo intueantur, sed bre-  
 vitatem temporis etiam quo ad  
 eam parare nos debemus diligenter  
 admodum perperdant, ac cum

Regio

*d Sap. 2.**e Jac. 4.*

14.

- Pf. 101.12* Regio Propheta dicant: *Dies mei*  
*Pf. 108.23* *ut umbra declinauerunt. Sicut umbra*  
*cum declinat ablatum sum. Cumq[ue]*  
*Iob. 14.* *patientię illa Idea Iob: Homo natus*  
*15.5.* *de muliere breui uiuit tempore. Et g[ra]t[ia]*  
*tium Doctore Paulo ac sexcentis*  
*lijs Sanctis. Tempus breue est. Tu*  
*quemadmodum ij absque vltimo*  
*deliberatrone dicant, accingamur*  
*ergo, colligamus vasa, absit torpor*  
*absit oscitantia, quarendus est De*  
*Ad Gal.* *dum adhuc inueniri potest: bene*  
*6.10.* *laudabiliter viuamus, dum per tem*  
*pus licet: arripienda occasio est, qu*  
*se offert: ire oportet, in viam se duc*  
*Ioan. 12.* *dum lucet, ne fortassis mortis tem*  
*35.* *bris inuoluti, in præcipitium adde*  
*ctemur, vbi pedes & manus liga*  
*Mat. 22.* *benefacere & mereri vellent, ha*  
*13.* *que ita sancta & sapienti consulti*  
*Eccles. 9.* *tione præmissa manum operi adma*  
*10.* *ueant, & confestim ad iter facien*  
*se parent.*

---

*Vitam humanam mortem semper  
imitari, nec veram vitam esse, et  
tribus circumstantijs maximam  
leuitatis.*